

saturavit. In monte octo beatitudines docuit: *Beati pauperes spiritu, etc.* In monte Praelatos instruxit: *Vos estis sal terrae: vos estis lux mundi.* In monte matrimonii indissolubile vinculum evulgavit (*ibid.*): *Qui dimissam duxerit, adulterat.* In monte iuimicorum dilectionem praecepit: *Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros.* In monte faciendae eleemosynae normam praescripsit: *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* In monte mirabilem illam orandi formam insituit, et monuit: *Sic ergo vos orabit: Pater noster, qui es in caelis etc.* In monte ieiunii debitam observantiam praedixit: *Tu autem, cum ieiunas, unge caput tuum, et faciem tuam laea.* In monte a temerariis iudiciis abstinentiam esse docuit: *Noctem iudicare, et non iudicabimini.* In monte ab Haereticorum consortio longe fugiendum esse praemonuit: *Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium.* In monte Sion sacerrium Eucharistiae sacramentum insituit. In monte Calvario voluit stupendum illud redemptionis nostrae beneficium humano generi conferre. Montem olivarum elegit, ut videtur discipulis inde in caelum scenderet. Prius tamen voluit in monte Thabor quinque clarissimis viris illum intuentibus mirabiliter transfigurari, ut ait sacer Evangelista: *Duxit illos in montem excelsum seorsum.* Consulto arbitror magna haec in monte operari voluisse, tum, ut celsitudine loci eorum sublimitatem praenotaret, tum, ut significaret, eos solos participes fieri divinorum arcanorum, qui a terrenis affectibus abstracti, per vitam puritatem ad superna ascendunt. Quis autem fuerit ille mons, in quo Christus Dominus transfiguratus fuit, uanquam consensu, ad alibi dixi, ex antiquissima traditione Thaborem fuisse affirmant, qui in Galilaea est, Nazareth vicinus, a nonnullis antiquioribus ita Haburim nuncupatur. Erit quidem celeberrimus ille mons, tum quia in illam Barach conduxit ex divino praecocepto exercitum suum, ut Sisaram expugnaret: *Vade, et duc exercitum in montem Thabor;* tum quia Hieremias inter omnes montes Syriae Thaborem singularissimum esse observavit, *Sicut Thabor: tum quia eius excellentiam prophetico spiritu Regius vates praedecorans cecinit (Ps. 89): Thabor, et Hermon in nomine tuo exultabunt;* tum tandem, quia, iuxta multorum Doctorum sententiam, hic mons crederetur esse ille, in quo Christus Dominus, post gloriosam eius resurrectionem, undecim Discipulis apparere dignatus est, etc.

Et duxit illos in montem excelsum, etc. Non pauci quaerunt, quare Christus Dominus non secum duxit in montem Thabor omnes Apostolos. Diversi diversa respondent. Ego autem eam praecipuam rationem huius opinatus sum fuisse, quia si omnes vocasset ad ascendendum in montem Thabor, Iudas inter illos veniret, qui ad testificandam Christi transfigurationem idoneus testis non erat: qui enim pecuniae cupidus est, haud difficulter ad falsum testimonium ferendum pecunia corrumpitur, ut non obscure indicant verba Zachariae, qui postquam falcem quandam volentem vidit, conti-

nua dixit (*Zach. 65*): *Et descendit in domum furis, et in domum iurantium mendaciter: et ecce quam haec duo mala inter se commissa, et colligata sint, cupidum esse pecuniae, et falsum testimonium etiam iuramento confirmatum ferre.* Iudas autem tanta pecuniae cupiditate laborabat, ut sacer Evangelista de illo testetur, *quod fur erat, et oculos habebat;* idoneus igitur testis non erat ad Christi Domini transfigurationem contestandam. Possimus etiam aliam adiungere rationem; nimirum, quod ea propter Christus Dominus non duxit in montem omnes Apostolos, quia volebat transfigurationem suam secreti sigillo obsignari, ut verba eius clare indicant (*Matth. 17*): *Nomini dixeritis visionem hanc.* Secretum autem facilius inter paucos, quam inter multos observatur. Verum iam, quod non omnibus Discipulis transfigurationis mysterium Dominus innotescere voluit, quidam curiose percontantur: quare tres dumtaxat elegerit? Respondent nonnulli moderniores, quod quia tres principes nationes mundum obtinebant; ideo tres duxisse Apostolos, Petrum, qui Latinos, Iacobum, qui Iudaeos, Ioannem, qui Graecos doceret. Praeterea Ecclesia tribus praecipue regi debebat, nimirum, miraculis, martyrio, et doctrina: pro miraculis, ecce Petrum, cuius etiam umbra miracula fiebant: pro doctrina, ecce Ioannem, qui supra pectus Domini in caena recombuit, et ceteris altius evolvans, ab Ecclesiae primordiis theologus est appellatus: pro martyrio, ecce Iacobum, qui primus Apostolorum martyrium subiit; idque satis ad rem: nam Ecclesia his tribus bellicis tormentis contra tria inimicorum genera pugnat, adversus philosophos, gentiles, et infideles manifestis miraculis, contra tyrannos gloriosis martyriis, contra haereticos solidissimis doctrinis. Sed non cessant alii quaerere, cur non quatuor, aut quinque, sed tres dumtaxat Dominus secum duxerit? cui interrogationi respondemus, quod, ut habetur (*Deut. 9*): *In ore duorum, vel trium stabit omne verbum;* et ideo quia sufficiebant tres ad testificandam Ecclesiae catholicae mirabilem illam visionem, ideo tres adhibuit. Quod si mihi obiecias, ad id etiam sufficiebant duo testes, quid ergo arcani latet in eo, quod sint tres, nec plures, nec pauciores? ego illud latere suspicor, quod, quia gloriosa Christi Domini transfiguratio erat, velut imago, et simulacrum quoddam gloriae, ac felicitatis caelestis patriae, ideo decessit Christus, tres secum ducere Discipulos, qui tres divinas Personas in transfiguratione manifestatas, in quaerum visione, et fratione supernaturalis nostrae sicut est beatitudo, designarent; necnon etiam tres angelorum Hierarchiae beatissimae Triadi assistentes, quarum singulae tres choros continent, analogice praemolantur; ac tandem etiam, ut significarent, non alios esse praedestinos ad aeternam felicitatem, quam ex triplici statu, naturae, legis scriptae, et legis gratiae.

Ceterum adhuc non quiescit animus, quin progrediatur, inquirens, cur magis hos tres Discipulos, quam alios ex Collegio Apostolico ad gloriam transfigurationis contemdam elegerit. Omissis aliorum rationibus, divi Am-

brois responsonem apponam, asserentis, quod quia Christus Dominus Discipulis dixerat (*Joan. ult.*): *Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo,* per quos intelligebat Petrum, Ioannem, et Iacobum; ideo, ne illos sua spe frustraret, voluit, ut hi signanter, antequam mortem gustarent, velut in gloria, et maiestatis sua venientem illum intuerentur.

Et transfiguratus est ante eos. Proposita verba nos compellunt, varias investigare causas, ob quas Christus Dominus transfigurari voluit; antequam tamen eas memoremus, praesuppono Christum Dominum varias sustinuisse transfigurationes. Incarnatio quidem mirabilis quaedam transfiguratio fuit, cum ille, qui erat figura substantiae Patris, factus est figura sublimitatis matris. *Et qui in forma Dei erat, ut Paulinus verbis loquar, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Deinde in monte Thabor transfiguratus est, eius facie supra solare lumen splendente (*Matth. 17*): *Et splenduit facies eius sicut sol.* Rursus aliam mirabilem sustinuit transfigurationem, cum Eucharistiae sacramentum insituit sub figura panis et vini, carnis, et sanguinem suum in cibum, et potum nobis tribuens (*Matth. 26*): *Accipite, et comedite; hoc est corpus meum: et accipiens calicem dedit illis dicens: bibite ex hoc omnes.* Ad haec; qui Christum Dominum in horto viderit pavere, et terri, et guttas sanguinei sudoris et facie eius in terram defluere, et ingenti agonia laborantem, ut sacri Evangelistae contestantur, minime inficiabitur, illum mirabiliter transfiguratum videre; qui item illum in ligno crucifixum conspexerit, continuo cum Isaia dicit (*c. 53*): *Vidimus eum, et non erat aspectus.* Quae autem major transfiguratio exogitari potest, quam ut pulchritudo foeditate sit contexta, et innocentia ac sanctitas ipsa sub figura peccatoris, et facinorosi hominis comparet. Ut autem Spiritus sanctus indicaret multiplicem hanc Christi metamorphosim, et transfigurationem, non claro rationis intuitu, sed obscuro, et aenigmatico fidei lumine a nobis cognosci posse, consulto voluit omnes commemoratas transfigurationes in obscuritate, et caligine noctis fieri. Prima enim incarnationis facta est nocte, Salomone dicente (*Sapient. 18*): *Cum medium silentium tenebant omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Dominus exiens de coelo, a regalibus sedibus prosilivit.* Transfigurationem deinde in monte Thabor nocte contigisse non obscure indicant verba illa Lucae (*c. 9*): *Petrus vero, et qui cum illo erant, gravati erant somno, et vigilantes viderunt maiestatem eius.* Transfigurationem insuper sacramenti Eucharistiae, in tenebrosis noctis tempore accidisse, d. Paulus testatur, dum ait (*1. Cor. 11*): *Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens, fregit, et dixit: Accipite, et manducate, hoc est corpus meum.* Transfigurationem item in horto per sudorem sanguinem, verba Ioannis clare indicant nocte fuisse, dum inquit (*Joan. 18*): *Iudas ergo, cum accepisset cohortem, venit illuc cum facibus, et*

lanternis. Similiter transfigurationem in Christi Domini crucifixione satis utique compertum est nocte accidisse, quia licet hora nona obierit, caliginosa tamen tenebrarum nox universum orbem tunc occupavit, Matthaeo dicente (*c. 27*): *Sexta hora tenebrae factae sunt super universam terram, usque ad horam nonam.* Ac tandem transfiguratio, et commutatio illa mortalitatis ad immortalitatem in resurrectione facta, nocte accidit, iuxta illud Psalmi: *Et nox illuminatio mea in deliciis meis.* Illud tamen eximium Dei erga nos benignitatem summo opere commendat, quod omnia isthaec transfigurationum genera in magna utilitate, et maximo, ac singulare nostrum emolumentum edere voluerit: nam de prima Isaia ait (*c. 9*): *Parebit vobis est nobis, et filius datus est nobis: ecce utilitatem transfigurationis Verbi divini incarnati.* De secunda Apostolus (*ad Eph. 3*) inquit: *Salvatorum expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae: ecce utilitatem transfigurationis in monte Thabor.* De tertia Christum Dominum audimus dicentem (*Joan. 6*): *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum: ecce utilitatem transfigurationis Eucharistiae.* De quarta ipsemet testatur (*Luc. 22*): *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: ecce utilitatem orationis Christi in horto transfigurati.* De quinta Isaia ait (*c. 33*): *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit: ecce utilitatem transfigurationis Christi in cruce.* De quinque de sexta ait Paulus (*1. The. 4*): *Si credimus, quod Iesus mortuus est, et resurrexit, ita et Deus eos, qui dormierunt, per Iesum adducet cum eo: ecce inestimabilem utilitatem gloriosae illius inaequantissimae, quod de morte translatus est ad vitam immortalem.* Omnes igitur Christi transfigurationes ab exordio incarnationis usque ad finem resurrectionis magnam universo orbi utilitatem attulerunt; contra vero duae praesertim transfigurationes magnam momentum afferre solent. Prima est diaboli, de quo Apostolus inquit (*1. Cor. 11*): *Ipse enim satanas transfiguratus est in angelum lucis, quo genere fraudis non paucos deceptos fuisse frequenter legimus in vitis sanctorum Patrum.* Secunda est Haereticorum, qui tanquam evangelicae doctrinae acerrimos defensores se venditant, non alioquin non sint nisi catholicae doctrinae infestissimi hostes, de quibus idem Apostolus dixit (*1. Cor. 11*): *Sunt operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi.* Transfiguratio igitur a nobis imitanda ea est, qua ipse Paulus transfigurabatur, cum dicebat (*2. Cor. 3*): *Gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur.*

His iam praebitis, ad causas transfigurationis Christi nostrae converterat oratio. Prima sit, quod cum Christus Dominus liberalissimus, ac magnificentissimus esset, voluit suae liberalitatis, et magnificentiae apertissima indicia exhibere, prout revera illa in transfiguratione exhibuit. Antiqui Historiographi magnopere extollunt Cleopatrae magnificentiam, quae adeo praecellunt, ut Marcum Antonium ad caenam invitans, in uno solo convivii sui condimento,

margaritam, quae ducentorum millium aureorum valoris erat, aceto dissolutam, et in minutissimos pulveres redactam porrexit. Unde Marcus Antonius excellentiam tanti sumptus stitente perpendens, ingenue fassus est, convivium, quod pridie ipse fecerat Cleopatrae, tametsi opulentum, ac lautissimum, ab uno solo condimento caenae Cleopatrae longa intereppidine superari: non dissimiliter postquam satanas, ut magnificentiam suam ostentaret, splendillum illud temporalium honorum convivium in cacumine montis fecit, Evangelista dicente (Matt. 5): *Ostendit illi omnia regna mundi, et omnem gloriam eorum; et insuper adiecit: haec omnia tibi dabo, si cedens adoraveris me, Christus Dominus, ut factam, et ementitam hanc diaboli liberalitatem vera sua magnificentia longe superaret, orientalem, quia vis erant, ac inestimabilem suae humanitatis margaritam eximiae gloriae splendoribus coruscantem in tanta illa montis Thaboris mensa, tanquam suavissimum cibum adstantibus apposuit, mistum tamen, instar margaritae Cleopatrae, acido passionis, et crucis aceto, Evangelista dicente: *Loquebantur de excessu, scilicet, mortis, quem completurus erat in Hierusalém.**

Secunda ratio sit, voluisse Christum Dominum transfigurari, ut exemplar quoddam aeternae felicitatis ante oculos hominum proponens, a falsis Philosophorum opinionibus eos absterret, qui a verae beatitudinis scopo aberrantes in robis futilibus illam positam esse autumabant, quidam in voluptuosis corporis oblectamentis sitam credebant, quos secuti sunt Maomethani, et haeretici Atheistae, quorum illa vox est: *Edamus, et bibamus, post mortem nulla voluptas.* Alii, ut Mydae, et Crassi, in magna auri, et argenti possessione, et dominio beatitudinem consuebant. Alii, ut antiqui Romani, in honorum, et dignitatum micanti splendore. Alii, ut Zenonistae, in recta animi valetudine, ac temperata corporis complexione. Alii, ut Stoici, in frequenti morali virtutum exercitatione, cui liberum arbitrium pro innata sua libertate vacare potest. Alii tandem, ut Peripatetici, in rerum naturalium, et coelorum motuum, Planetarum aspectuum, coelestium influxuum, et elementorum, et naturarum vita carentium, nec non viventium, et animalium assidua speculatione. Christus igitur Dominus evangelicae veritatis magister, ut omnia haec de beatitudine declinamenta refelleret, praeterquam quod dixerat (Matt. 17): *Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum:* quibus non dissimilia sunt verba Davidis (Ps. 15): *Adimplebis me laetitia cum vultu tuo: nunc in monte Thabor summa claritate coruscans, egregiam aeternae beatitudinis imaginem humani intuitui obiecit, ut secundum exemplar, quod sibi in monte monstratum est, intelligat veram ac germanam beatitudinem, non in alio, quam in Christi visione, et fruitione consistere; falsa ergo convincitur Epicureorum opinio in voluptatibus beatitudinem ponentium, cum Christus Dominus dicat: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam.**

Falsa Mydae, et Crassi sententia, in auro, et argento beatitudinem collocans, Salvatore nostro dicente: *Si vis perfectus esse, vende, et vende omnia, quae habes, et da pauperibus.* Falsa Romanorum beatitudo, quam in honoribus sitam esse inepie sibi blandiebantur, cum David dixerit (Psal. 9): *Perit memoria eorum cum sonitu:* et Salomon salis expertus pronuntiaverit (Ecc. 1): *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas.* Falsa est beatitudo Zenonistarum, qui beatitudinem in corporis regie constituebant; cum alioquin Apostolus dicat (Act. 14): *Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum.* Falsa est beatitudo Stoicorum, qui in solo moralium virtutum exercitio illam collocabant, cum Christus Dominus exercitio honorum operum quae ex divina gratia oriuntur, vitam aeternam promittit (Matt. 18): *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Tandem falsa, et ementita esse perhibetur Peripateticorum beatitudo opulentium in rerum naturalium speculatione illam consistere, cum Apostolus dicat (1. Cor. 8): *Sentientia inflat, charitas aedificat.*

Cum igitur hoc tantum beneficium a Christo Domino suscepimus, ut in quo sola sit nostra beatitudo, verbis, et opere docerit, reliquam est, ut ad eam obtinendam, divino auxilio nobis suffragante, ardentem anhelamus. Certe si, ut ait Clemens Alexandrinus (in exhort. ad Gentes), senex ita sensit, et, ut inquit, Homerus (in Odyssea lib. 4), Ulysses detentus a Calisto iunum saltem suae patriae intuari cupiebat; qui fieri potest, ut nos caelestis patriae inaccessiblei lucem avidissime non desideremus, volentes pollicis inter socios illos Ulyssis connumerari, qui, eodem Homero teste, Loti dulcedine capiti, ad navem redire noluerunt, eligentes magis fructibus illius regionis cum vicis Lotopagis frui, quam ad propriam patriam remeare, decipimur sane fratres, longe a scopo aberramus: nam, ut monuit nos s. Pater Augustinus (lib. cont. duas epistolae Pelag. c. 7): *Hic est praeceptum, ut non peccemus, ibi praemium, non posse peccare; hic praeceptum, ut peccati desideria non habeamus, ibi praemium, ut peccati desideria non habeamus;* quae verba in memoriam mihi revocant, ut id obiter dicam, in eo amico Dei antiquorum Romanorum morem imitari: quia sicut Romani non in eodem loco certabant, in quo triumphabant; certabant enim in Hispania, in Gallia, in Africa, vel aliis similibus Provinciis, triumphabant vero Romae solum, in propria ipsorum patria; ita sancti certant in patria vero super coelesti aeternae gloriae laurea redimunt triumphant; unde Chrysostomus (ep. ad Philip.) dixit: *Suum postea est palma; immensum quidem est praemium, maius est praemium.* Huius palmae, et praemii cupidissimus David exclamabat dicens (Psal. 41): *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus; sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?* Ad quorum verborum intelligentiam suppono, aeternum praemium sub nomine tor-

rentis, qui omnem sitim extinguere valet, in sacris eloquiis describi, iuxta illud (Psal. 35): *Et torrente voluptatis tuae potabis eos.* David igitur cupidissimus bibere ex torrente huius perennis fontis, suspirabat, dicens: *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum;* addit tamen: *Quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?* quia facies Dei clare visa satiat omnes appetitus; unde ipse dixit (Psal. 16): *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Ut autem melius intelligamus, quare haec sitim comparaverit David cum ea, quae Cervum vexare solet; adnotare oportet, ut quidam rerum naturalium solliciti Indagatores asserunt, sitim in cervo ortum habere a quodam verme, qui intra eius par nascitur, ipse autem, ut illum extinguat, instinctu naturali discerpit, et comedit colubrum; quia tamen tunc eo cibo magis augetur vis sitis, ideo avidius, ac diligentius scaturientem fontem quaerit, ut sibi satisfacere possit. Ait ergo David, sitim suam instar sitis cervi esse: nam postquam propheta Nathan de adulterio, et homicidio ab eo commissis eum increpaverat, cepit vermis peccati illum acriter vexare, ut satis indicant verba ipsius (Psal. 50): *Et peccatum meum contra me est semper.* Ipse tamen horridum poenitentiae colubrum devorans, per varias animi, et corporis afflictiones tandem extinxit: continuo tamen crevit magis, ac magis sitis bibendi ex percussis illo divini vultus fonte, omnia bona superabundanter scaturientis; et ideo postulat sibi Dei faciem revelari (Ps. 41): *Quando veniam, et apparebo ante faciem Dei.*

Tertiam rationem transfigurationis Christi eam esse reor, quod manifestare cupiebat humani generis, se iam indignationem adversus illud deposuisse, et amorem, ac paternam clementiam induisse; et ideo licet antea vultum suum ei absconderat, nunc tamen in pignus sui amoris illam manifestat miris fulgoribus irradiantem (Isai. 53): *In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericordia sempiterna miserum sum tuum;* quae verba ex historia illa Homeri (in Iliade tertia) explicari, et nomihili illustrari posse arbitror: narrat enim, quod cum Hector, splendidissimis armis incedens armatus, nutricem filii sui, brachis illum balantem in via, offendisset, ad illancque amplexandum a tergo propinquasset, infans armatum hominem expavesces, cepit lacrymarum, pariter et vociferari, collum nutricis apprehendens, quasi auxilium ab ea implorans; continuo tamen Hector pro singulari in filium amore, et benevolentia, galea capitis deposita, hilarem vultum suum et ostendit, quo pavorem filii in alacritatem commutavit. Non dissimiliter olim Deus, tanquam bellator fortis, armis indignationis suae armatus incedebat, faciem suam absconderat (Is. 54): *In momento indignationis abscondi faciem meam, adeo, ut nec Moyses obtineret, faciem eius videre; et Elias transiente Domino vultum suum cooperuit, non audens intueri Dominum;* tamen postquam Deus humanam carnem assumpsit, splendorem faciem suam pignus coelestis gloriae nobis manifestavit, quae non ad momentum, aut indignatio, sed in aeternum, et ultra per-

severavit (Isai. 54): *Et in misericordia sempiterna miserum sum tuum.*

Quartam rationem docuit me divus Chrysostomus (hom. 59. in Matt.), necnon sanctus Leo Papa (ser. de transfig. Dom.), qui affirmant, propterea Christum transfigurari voluisse, ut firmius stabiliem in Discipulorum cordibus mortem, et passionem suam, voluntariam omnino esse: et ut videntes Christi gloriam, omnem prorsus metum deponerent, dum de excessu mortis illum loquentem audiebant, ut ait sacer Evangelista, *loquebantur de excessu.* Ad cuius maiorem intelligentiam non abs re esse iudicabo examinare in quo sita fuerit tota ratio portentosi illius miraculi, quando sol retrocessit per decem lineas. Fugit ne miraculum hoc in ipsomet sole, an vero in umbra illius? Scio periculosum in priorem sententiam abissee. Ceterum cum doctissimo Aia Montano probabiliter satis opinor, non solum ipsum in sua substantia, sed umbram solam ipsius decem gradibus retrocessisse; moveorque ad hoc, quia sacer textus ait: *Vis ut ascendat umbra decem lineas, an ut revertatur totidem gradibus?* Ecce sermo de ascensu vel retrocessione umbrae, non ipsius solis: tum, quia si sol in se ipso tunc retrogressus fuisset, toti orbi miraculum illud innotuisset, sicut propter eandem rationem eclipys ille, qui in obitu Christi Domini contigit, omnibus fuit patulus, et manifestus. Unde d. Dionysius observatum illam, et caliginem in meridie obscurem, illam sententiam protulit: *Aut Deus naturae patitur, aut tota mundi machina dissolvitur.* Tum quia (2. Par. 32) colligitur Babylonios legatos postmodum adventasse, non solum, ut Ezechiae regi de accepta divinitus valetudine congratularentur, sed et ut rationem miraculi agnoscerent. Ipsi tamen minime interrogant de miraculo facto in caelo, sed in terra: verbum enim Hebraicum *Ghalbor*, ut linguae illius periti adnotant, idem pollet, quod *super terram illam:* cum enim ipsi nullam in sole novitatem percipissent, manifeste inde deprehenderunt, non contigisse illam in caelo, sed in terra; quia tamen summe difficile iudicabant non retrocedente sole, umbram eius retrocedere, de modo tanti miraculi interrogabant. Tum tandem, quia cum miraculum illud fuisset de agenda vita regis, ad id apte satis fiebat in umbra, cum vita hominis umbra sit, iuxta illud: *Sicut umbra, cum declinat, ablatum sum, et illud Jobi: Dies mei transierunt, sicut umbra.* Ad praesens igitur transfigurationis argumentum haec accommodans, non parum in eo Christi Domini sapientia praefulsit, quod ad pellendum timorem, et scandalum de morte eius ab animis Discipulorum, eodem tempore, quo de mortalitatis carnis suae per umbram significata, ut diximus, acerba morte agebat, eodem etiam splendidissimos divinitatis, et latentes gloriae animae suae radios in eorum conspectu emisit: quasi diceret; animadverte discipuli novitatem hanc retrocedendi per mortem crucis, minime contingere debere in divinitatis meae, aut internae gloriae fulgentissimo sole, sed in labili, et fugaci mortalitatis corporis huius umbra: quae saepe novitas signum erit, et pi-

erat salutis humani generis remedium. D. vero Hieronymus putat, eapropter voluisse Christum transfigurationis arcanum tunc patefieri Hebraeis, quia nullam fidem ei adhibuissent, sed tanquam fabellam iudicassent. Quid plura? *Hic est Filius meus dilectus*, innotuit vox aeterni Patris, circa quae verba illud occurrit merito inquitendum, quid sit, quod cum Christus summo splendore, et gloria in monte Thabor transfiguratur, honorificum Patris testimonium auditur: *Hic est Filius meus dilectus*, in monte tamen Calvariae, cum e crucis patibulo ignominiose pendet, ubi opportune satis videbatur, ad eam depellendam ignominiam, vox illa Patris audienda filium eius esse attestans, nihilsecus tamen tunc Pater contemnit, nulla eius vox audita est. Eam ni fallor huius rei causam esse putaverim, quod Christus Dominus, dum in cruce pendebat, tot suae charitatis, et patientiae non obscura argumenta exhibuit, ut ex illis non solum Dei amicum, sed et Dei naturalem filium Centurio deprehenderit, cum dixerit (*Matt. 27*): *Vere Filius Dei erat iste*; et ideo non opus erat, vocem Patris id attestantis audire; et cum in montem Thabor ascendit, gaudensque, et laetabundus instar fulgurantis solis, emicabat, vestimentaque eius ingenti claritate fulgebant, oportuit, Patrem suum filium suum illum vocentem idotare, quia, ut in plurimum iusti, et amici Dei non conseruenter corpore oblectamentis lactari, et festiuis diebus adosse, sed magis Ingere, alligi, et cum Christo cruciari; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XII.

Multipli moralium animi conceptuum varietate declarantur verba s. Matthaei: Bonum est nos hic esse: Ceciderunt in facies suas. Levantes oculos neminem viderunt nisi solum Iesum: Neminis dixeritis visionem, donec Filius hominis a mortuis resurgat.

Rem profecto omni admiratione dignam arbitror, Petrum, qui vixidum vel unam aeternae beatitudinis guttulam delibaverat, usque adeo delectatum fuisse, ut prae nimia laetitia Evangelista testetur: *Quod nesciebat quid diceret*. Videtur certe, huiusce guttulae potentiam non omnino ignorasse divitem illum epulonem: quippe qui in ardentissima inferni fornace existens, Abrahamum deprecaretur, ut unam aquae guttam sibi demitteret ad refrigerandam linguam suam (*Luc. 16*): *Ut refrigeret linguam meam*. Aliqui hanc epulonis petitionem, ut stultissimum improbant, existimantes eum aquam elementarem postulasse, cuius certum est ne innumera etiam vasa, quae nec torrentes omnes aquarum, quidquam illi prodesse potuisse. Verum arbitror ego infelicem atque infortunatum illum, non aquae e-

lementaris, sed coelestis gloriae vel guttulam unam petivisse: credebatur enim vel unam solum illius gloriae guttam ad universas inferni ignis flammam extinguendas sufficere: nec huiusmodi eius credulitas a veritate quidquam aberrabat. Ex hoc ergo capite stulta non fuit eius postulatio, sed quod putaret existenti in inferno refrigerium hoc coelitus illi esse dandum.

Bonum est nos hic esse. Non quidem displicuit Christo haec Petri ad gloriam aviditas; dissonum tamen, et a ratione alienum iudicavit, ut illam sibi postularet. *Hic*. Id enim, praeterquam inimpetiva erat haec petitio, fuit velut Deum obligare, et quodammodo determinato loco adstringere: unde non semel Christus offerente se occasione declaravit quantum execraretur adverbium istud, *Hic*, cuius proprium est certum determinare locum. Ad cuius rei comprobationem videmus, quod petentibus Hebraeis, ut e plurimis mitaentibus, qui in Capernaum fecerat, et ibi aliqua faceret (*Luc. 4*): *Quanta audivimus facta in Capernaum, fac et hic in patria tua*, nullatenus annuit, utpote, qui omnipotentis suae manus adstringere voluissent, designandum locum, in quo ea facere deberet (*Ibid.*): *Fac et hic in patria tua*. Quin etiam discipuli, cum mortem expugnandi tempus appropinquaret, duos ei gladios obtulerunt: *Ecce duo gladii hic*; verum tanquam qui bene nosceret eodem statuto tempore promissa minime adimpleturis, sed in fugam se daturus, dixit eis: *Satis est*; non amplius promittite: necessitatis enim tempore et vos, et gladios defaturos esse exploratum habeo. Gladii enim sunt, *hic*, id est, in huiusce mundi officina exaecti: si exacerentur non *hic*, sed in coelo, unum solum, ut olim, ad occidendam centum octuaginta quinque millia hominum sufficeret: illis possem defensionem meam credere, vestris vero gladiis minime: unus enim ex his, quos mihi obtulistis, scindens auriculam Malchi, continuo hebescit, quia factus *hic*: defensionem enim meam ad finem usque non perducet; sed qui distinxit illum, fugiet, et negabit me. Quid plura? illud *Hic*, cum Christus dixit discipulis suis (*Matth. 14*): *Sedete hic donec orem; sustinate hic, et vigilate*, adversum illis fuisse videmus. Obdormierunt enim, ac vigilantiam a Christo indictam minime servavere. Ipse etiam d. Paulus fidelem dispensatorem ad res divinas gubernandas diligentius quaerens, quia hic illum inquirere opus erat, difficulter ait illum invenire (*1. Cor. 4*): *Hic quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inventur; quasi dica, et difficile invenitur*. Ad rem ergo nostram haec adaptantes, quia Petrus beatitudinem in hac vita quaerebat, *Hic: Bonum est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula*; ideoque illius Christo displicuit petitio, adeo ut Evangelista eam imprudentem vocaret, dicens, *Quod nesciebat quid diceret*. Verum, ut hanc imprudentiam clarius exponam, ut exemplum illo ab historicis de insigni pictore Parrhasio commemorato. Referunt enim inter cetera insignia huius pictoris opera, in civitate Rhodi artificiosissimum Satyrum columnae cuidam super-

positum singulari adeo artificio depinxisse, ut peritissimam quique illius artis auctorem unicum esse facile diiudicarent; super cuius capite perdidit quondam ad vivum adeo expressit, ut ceterae aves eius pulchritudine allectae, circum circa suae harmoniae concinerent. Aliqui videns Parrhasium a vulgo huiusmodi magis magis quam artificii sui praestantiam aestimari; licentiam a Senatu eam demolendam postulavit, quod vulgus magis, locisque avium nimis intentum, oculos ad operis sui excellentiam contemplandum minime converteret. Non dissimiliter nunc accidit: cum enim Christus in altissimo illa montis Thabor theatro, tanquam supremus pictor, pulcherrimam quandam aeternae felicitatis imaginem in lucem produxisset, Petrus aeternorum bonorum, quae per illam representabantur, quae per illam contemplans, ad illius loci claritatem, et splendorem, et vultus Christi elegantiam, et atque pulchritudinem oculos solummodo contemderat. Unde quia in id quod minus attendendum sibi erat, amplius ipse intendebat; ideoque dicit Evangelista (*Luc. 9*), *quod nesciebat quid diceret*, dum aiebat: *Bonum est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula*. Meminisse enim debuerat, quod non habemus hic civitatem permanentem, ut inquit Apostolus (*Hebr. 13*), sed futuram inquirimus. Deinde die mihi obsecro, Petre, quomodo humani generis redemptionis immemor factus es? qui fieri potest, ut antiquorum filiorum Patrum in sinu Abrahae depositorum liberationem, tuos condiscipulos, et fratrem tuum Andream, cui tantum debes, ut propter eum ad Apostolatus dignitatem assumptus fueris, oblivioni tradas? Singularis, et inauditus sane oblivionis excessus. Hinc dicatis oportet, in homine nequaquam confidentem vobis esse: fundamentum enim imbecille est, cui secure innoti minime quispiam potest. Origenes explicans hunc locum: *Maledictus, homo qui pendet in ligno*, verba quaedam insigni eius ingenio digna protulit. *Existimo hanc eandem esse sententiam cum illa: Maledictus homo, qui confidit in homine*. Dependere enim ab homine, qui ad cuiusque venti flatum movetur, quippe Protheo mutabilior est, perinde est, ac pendere a ligno clavis confossum. Observavit sanctus Augustinus, Iosephum divini consilio carceri biennio mancipatum permansisse, eo quod omnem libertatis suae spem in pincerna Pharaonis collocaverat (*Genes. 40*): *Memento mei, dum bene tibi fuerit, ut suggeras Pharaoni; et educat me de carcere isto*. Promisit quidem serio pincerna, sed promissio futilis fuit, ut rei exitus probavit: Iosephi enim immemor, vixidum lapsu biennio eius recordatus fuit.

Haec omnia probe noverat propheta David, dum caelesti plenus Spiritu dixit (*Ps. 115*): *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax*. Alii legunt: *Omnis homo mendacium*; non solum homo mendax, sed ipsum mendacium est; illius vita, illius salus, illius divitiae, illius favor, omnia mendacium sunt veritatis colore fucata. Unde ingeniose quidam parasitus, cum adhaerens tapeti aulico, qui caminum tegebatur, putans locum esse firmum, retrorsum cu-

deret, continuo tam facile, quam vere dixit: *Sic se habent favores palatii*; putat quis se adhaerens principi, favori eius innoti posse, sed facinulentum fultile, et infirmum est, non secus ac tapes aulicus caminum tegens, cui si quis innitatur, necesse est retrorsum cadat. Ita passim contingere videmus; adhaerens huic, quia divitibus affluit, contemgit tamen in egestatem venire; ecce mentitur tibi illius divitiae; adhaerens primo alicui principi, qui magna pollicetur, sed nullius rei promissionem implet; ecce favor eius tibi mentitur; adhaerens amico etiam fideli, sed morte praeventur; ecce vita illius tibi mentita est, quam longaevarum putabas. Itaque a planta pedis usque ad verticem capitis mendacium arguuntur mille in homine reperies. Bene ergo David (*Psal. 115*): *Omnis homo mendax, seu mendacium*. Id attentius Isaias considerans, dixit (*e. 50*): *Speret in nomine Domini, et sanctatur super Deum suum*. Innitatur iusti, et adhaerent Deo, ne frustrerint, sicut ii, qui tapeto aulico caminum operienti adhaerent, et retrorsum cadunt.

Ceciderunt in facies suas. Sanctus Ioannes Chrysostomus (in comm. hor. verb.) quaerit, quid sit, quod dum in Christi baptismo audita fuit eadem vox de caelo, quae hodie: *Hic est Filius meus dilectus*, tunc discipuli in terram non procciderunt; hodie vero in transfigurationis Christi solemnitate cecidere. Respondit ipse, ea de causa id ita accidisse, quod in Christi baptismo discipuli multos habent socios, in transfiguratione autem soli essent; timor autem in solitudine potius, et in aliorum societate invadere solet. Verumtamen aliam possumus mysteriosam huic rei rationem subnectere, nimirum, quod in baptismi sacramento, per baptismum Christi representato, filiorum Dei adoptiva filiatio initium accipit; in gloria vero per transfigurationem significata, omnem sui perfectionem obinet. Stare pedibus vitae est iudicium; cadere autem, imbecillitas, et mortis est argumentum. Ideo ad significandum, hominem in baptismo adoptionem filiorum Dei recipere, discipuli audita Patris voce in baptismo intonante: *Hic est Filius meus dilectus*, stantes pedibus perstitere; verum in transfiguratione, quae gloriae symbolum erat, in terram procciderunt, ad significandum nobis, quod ad gloriam, perfectionemque illam filiorum Dei obtinendam in terram cadendum est, et moriendum, quia non videtur homo, et vivet. In cuius rei figuram videmus Deum faciem suam Moysi ostendere volentem, dixisse, ut se constitueret in foramine petrae; et Eliae praecipit, ut ad ostium speluncae positus eum spectaret. Certum est, quod speluncis pro sepulturis utebantur antiqui Patres, ut patet in patriarcha Abraham, duplicem emente speluncam pro sepultura sua. Quibus omnibus divinita sapientia nos docet, ad clara Dei visione perfrundum, non solum spirituales, ac civilem animae passionum mortem, sed corporis subendam esse.

Levantes autem oculos neminem viderunt, nisi solum Iesum. Non leve reformationis animae iudicium, atque argumentum est, oculos re-

frenandi cura, atque sollicitudo: oculi enim fenestrae sunt, de quibus dictum est: *Mors ascendit per fenestras*. Et non absque ingenii generis humani detrimento expecta olim fuit mater nostra Eva, utpote quae unius pomi pulchritudine illecta, illud appetens, nos omnes in immensum miseriarum barathrum praecipitare coepit (*Gen. 3*): *Vidit multo, quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile, et tulit de fructu illius, et comedit*. Unde et mihi videtur Eva dicere potuisse illud Ovidii (*in epistola ad Medeam*):

*Tunc ego te vidi, tunc coepi scire quid esses: ut
Illa fuit mentis prima ruina meae.*

S. Petrus Chrysologus (*serm. 139*) dixit naturam in custodiendis oculis sollicitam fuisse, eum eodem et superciliorum tegminibus, extremoque superioris genae ambitu occlusit, et illius visum in centro pupillae celavit. At Eva omnes has secas irumpens, in mortiferae illius arboris fructus oculos convertit: et per oculorum eius fenestras, tam in ipsam, quam in universum humanum genus ingrata, et infesta mors irrepit. Sane prisci illi iam veteris, quam novi Testamenti sanctissimi Patres probe agnovimus, quantum nocenti effrenata oculorum dissolutio, nimique licentia secum afferret. Miraculum illud patientiae, et prodigium sanctitatis Iob, adeo diligens oculorum suorum custos fuit, ut diceret (*6. 34*): *Pepigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine*: alii legunt: *Ne cogitent*. Intellecta difficultis videtur iste locus, quomodo, cum cogitare non oculorum, sed cordis sit officium, foedus cum oculis iniri possit, ne cogitent, cum cogitatio non ipsorum, sed animae sit. Locum hunc mihi declarat proverbium illud: *Oculi non videant, cor non lacrymabitur*. Manifestum est, cordis non esse fundere lacrymas, sed oculorum: noque etiam oculorum esse cogitare, ut dicit Iob, sed cordis. Ut utrumque intelligamus, observandum est, quod quia cor fons est, et origo doloris, qui causa est lacrymarum, ideo quoque dicitur et ipsum lacrymari. Et quia etiam oculi fenestrae sunt, per quas obiecta cogitationum ad mentem deveniunt, et cordis intima penetrant, ideo dicit Iob oculos cogitare; unde fit, quod si oculi nociva videntur, cordi prava cogitanda materiam subministrant, ipsum quoque vicissim cor plorandi, et lacrymandi eis praebet materiam. Hoc igitur supposito facilis erit illorum verborum Iob intelligentia (*ibid.*): *Pepigi foedus cum oculis meis, ne cogitarem de virgine*. Sunt hic foedus inuentus oculi, et cor, et ambo tamquam prudentes litigantes, ne alter alterum consumat, percussurum inter se, ne oculi prava cogitandi ansam cordi praebant, et sic cor ipsum ad plorandum minime illos compellet. Et quidem licet verum sit, oculos ius habere ad vivendum; quia tamen eius intuitus solet in hominum cordibus excitare cogitationes, quae lacrymandi causa esse consueverunt, ideo aequitas, ratioque suadet, ut ne cor ad lacrymandum eosdem excitare cogatur, ipsi ab inordinato aspectu se abstineant. Hinc est, quod

ipsa rerum omnium natura parens, quae ad alia praebuit homini diversa organa, eundem tamen oculum ad videndum, et flendum, et irribuit, ut ipse qui perperam videt, ipse et doleat, et lacrymetur. Proculdubio, si David, sicut et Iob, foedus illud cum oculis suis pepigisset, minime in adulterium, et homicidium prolapsus fuisset, latuitus est. Bethsabee e solario domus saae, eiusque pulcher aspectus pravae causa fuit cogitationis, cogitatio desiderii, desiderium operis peccaminosi, quia concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum; ac tandem ingentem peccatorum catenam compegit, quae cum dia gravissimo servitutis iugo adstrictam tenuit; respiciens tamen postea damnum, quod ab oculis sibi illatum fuerat, dicebat Deo (*Psal. 118*): *Averte oculos meos ne videant vanitatem*. Verum in hoc genere argumenti illud mirabile est, quod antiqui illi gentiles solo naturae lumine illustrati cernentes, quantum detrimenti licentiosa videndi consuetudo secum afferret, de custodia oculorum solliciti adeo fuerunt, ut in hoc Iob, et Davidi comparari posse videantur. Caesius enim Rhodiginus (*lib. 13, cap. 7*) refert, quod cum rex Antiochiae Ierulus, die quadam in templo Dianae Ephesiae sacerdotissimum extremam pulchritudinis videret, pertimescens, ne illius formae amore caperetur, continuo e templo aufugit. Vegetius quoque (*lib. 2, de contin. Alexand.*) recenset, oblecta quadam victoria, dum ei omnium pulcherrimam ab hostibus captam feminam esse denuncietur, nequidem ad suam praesentiam illam adduci passum esse, ut capillus a captiva captivae suae ferret ipse captivus. Tanta laude digna fuit haec Alexandri continentia, ut s. Basilii (*homil. 24, de legendis libris gentiliis*) in eius laudem longam texerit orationem. Et s. Hieronymus (*lib. 1, ad Heliod.*) tradit, Cyrum regem eo adduci minime potuisse, ut dum reginam Paphiam summae venustatis feminam bello cepisset, eam intuentam sibi obiecti permitteret. Non pauci etiam historiographi illius matronae Armeniae modestiae meminere, quae ab insigni Cyri regis convivio domum reversa, marito percontanti, quid sibi de rege, eiusque elegantia videretur, respondit: *A te, mi vir, oculos nunquam deflexi, ideoque qualis alieni viri forma sit, prorsus ignoro*. At isolorum omnium in aspectu modestiam magni illius Pauli eremitae singularis oculorum custodia longe antecedit, de quo refert Cassianus (*coll. 7, c. 26*), quod non solum fugeret mulieris aspectum, verum etiam illius depictam elegantiam, aut vestem; utpote qui bene intelligeret, daemonem saepe numero tam ipsa umbra, quam corpore; iam phantasmate, ac imaginatione, quam rei veritate homines infestare, et non semel superare. Id certe non absque eorum maximo detrimento Israelitae experti fuerunt, quippe, ut legitimus (*Ezech. cap. 23*), videntes depictas in pariete imagines Chaldaeorum, variosque ornatus, quibus utebantur, tanto feminarum illius regionis amore capti fuerunt, ut nuncios mittent ad eos, postulantes, ut secum ad cobabitandum venirent; qui Israelitis ruinam maximam attulere. Concilium Constantinopolitanum VI (*cap.*

10) agnoscens, lascivientium imaginem picturas magnum intuentium nocentium inferre, sub gravissimis poenis prohibuit effigies depingi, quae turpitudine sua in spectantium animis pravas possent excitare cogitationes. Hinc ego arguor. Si turpium imaginum vacantium aspectus fugiendus est, quae, rogo, cura, ac sollicitudo nobis gerenda erit in cohibendis oculis ab animatis imaginibus? si enim umbra feminae comburit, quid vivus eius ignis non exuret? Et si memoriae proditum est, quod sola sandalia Iudith cor Holofernis exulcerarunt, animamque illius captarunt: *Sandalia rapuerunt animam eius*; quis vestrum dubitabit, pulchritudinis eius aspectum vim maiorem habuisse ad emolliendum eius animum? *Ne respicias ergo, ait Spiritus sanctus (Eccles. 9), mulierem, ne forte incidas in laqueos illius*. Demum ea, quae omnes antecellit, singularis est oculorum Christi Domini nostri modestia, quae adeo rari, adeo insignis, adeo singularis fuit, ut quoties oculos elevaret, toties et Evangelistae adnotarent. Quater eos elevasse, ut rem insolitam, et notatam dignam, et admirabilem referunt: Prima fuit in monte, dum discipulis suis, beatitudines caelo predicaret (*Luc. 6*): *Elevatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes, etc.* Secunda in resuscitatione Lazari (*Joan. 11*): *Jesus autem elevatis oculis suis dixit: Pater, gratias tibi ago, quoniam audisti me*. Tertia in ultima caena, dum corpus suum consecravit; quod quamvis expressae ab Evangelistis non tradatur, tanquam rem antiqua traditione certam determinavit Innocentius Papa (*in cap. Cuius Marthae de celebratione Missarum*). Quarta, dum morti vicinus Sublevaris aralis in caelum dixit: *Pater venit hora, clarifica Filium tuum*. *Quo pulcherrime respicitur, quomodo in Verum enim vero, si tot egregijs exemplis tam divinis, quam humanis edocti, adhuc oculorum vestrorum libidinem non compeccitis, sufficit vobis, precor, ad eundem cohibendos contemplari poenae innumera damna, quae ob illorum immoderatam licentiam in hunc mundum deflaxerunt. Evae inordinatus pomi aspectus, famis, nuditatis, infirmitatis, ac denique mortis miseris dedit initium. Filii Dei, quos ita Scriptura sacra vocat, videntes pulchritudinem filiarum hominum, confestim illas concupierunt (*Gen. 6*): *Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores*: et postea tanta concupiscentiae flamma excitata est, ut ad eam extinguendam Deus universum terrarum orbem cataclysmo obruere decreneret. Sichem princeps ob lascivum Dinae aspectum una cum tota civitate interit. Ammon quoque ob incestuosos in Thamar sororem suam oculos, proprii sanguinis violator exiit. Quin et falsi illi senes nimia oculorum suorum, ac desiderii intemperantiam indocui, honestissimae Susanna castitate maculare cupientes, saxorum turbae obruti periere. Denique Holofernes Iudith captus pulchritudine, proprio gladio ab ea abscisso capite, misero interit. *Nemini dixeritis visionem hanc, donec Filius hominis a mortuis resurgat*. Christus Dominus stupendi miraculi, quod viderant discipuli, silentium eis indixit, ut doceret nos, opera bo-*

na, quae facimus, secreta, atque abscondita hominibus esse debere, ne benefici hominum oculi instar basilisci suo aspectu illa inficiant. In cuius rei figura videmus, quod dum Moyses manum in sinu absconditam gestabat, sana erat; detecta vero, confestim lepra infecta tumebat. Talia certe sunt opera bona, quae abscondita non inficiuntur; verum si in publicum ea prodixeris, ex nimio hominum applausu saepe deturpantur. Ideoque summa cum diligentia curandum est, ne quod dextera manus facit, sinistra agnoscat. Huius doctrinae angeli in caelis, homines vero in terris nobis magistri, auctoresque fuerunt. Dixit enim Isaias, quod quantumlibet seraphini una ala volarent, altera tamen se operiebant; itaque illis quanta volandi, tanta et operiendi se contra erat; quo nobis innumebant, in exercitio honorum operum non modicum curam esse adhibendam, ne palam fiant, ut videantur ab hominibus. Admirabile quoque fuit illud Abrahami exemplum, qui dum praepropto divino monitus filii caput amputaturus montem ascenderet, medium noxem explevit, et locum ab omni humano convictu destitutum ad sacrificium peragendum elegit; nedum etiam a famulis, sed nec ab oculis iumentis sciam enitis videri ulatenus voluit: unde dixit, ut ad saeculorum ad pueros suos, *expeccate hic cum asino*: solum enim a Deo sacrificium suum videri exoptabat. Sed, quae, senex prudentissimus, namque melius non fasset ad tam perfectae obedientiae spectaculum plurimos adhibuisse testes, ut ceteris aeterno exemplo esset? Respondit, id tunc nequaquam necessarium: sufficit mihi adesse Deum, sat est, illud Deum videre: *Dominus videt*, ipse evulgabit, ipse remunerabit (*Matt. 6*): *Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*. Verum dicit quispiam, qui ratione haec cohaeret cum verbis illis Christi Domini (*Matt. 5*): *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona*; si opera bona a conspectu hominum abscondere moneatur, quomodo praecipimur hic, ut illa manifestemus, et hominibus videnda exponamus? Huicse difficultatis ea est solutio, quod Christus quandoque loquitur cum viris perfectis, quandoque vero cum imperfectis. Perfectis ait, ut opera sua bona in publicum prodant: cum enim lenacius Deo adhaereant, virtutumque suarum altiores radices gerant, non facile vanae elationis, ut inanis gloriae vento agitantur; ad imperfecti tamquam plantae quaedam teneriores, minusque radicateae, bona opera sua abscondere moneantur, ne fallaci humani applausu aura velut fumus evanescant. Potest hoc discrimen apta haec comparatione elucidari. Apud pictores illud inter peritos, et imperfecti discrimen cernimus, quod illi imagines nudas depingunt, in quibus cum mira membrorum proportio, et totius humani corporis egregia compago enitit, excellentia quoque artificis effulget. At tyrones pictores, et in arte pingendi minime periti, semper imagines vestibus ornatas depingunt, consueverunt, quibus velut pallio quodam inerudite manus, defectus, qui aliquo innotescerent, cooperiunt. Hoc igitur interest discriminis inter perfectos,

et imperfectos, quod perfecti opera sua hominum oculis nuda, et manifesta exponere possunt (Matth. 5: Ut vident opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est, ut alii bono eorum exemplo excitentur, et Deum collaudent; at imperfecti si ab inanis gloriae urente venio tui esse desiderant, operant opera sua, atque secreta vestibus illa induant, contenti solum Christi oculis nuda apparere; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen. *Deus in hoc autem miraculo singulari manifestat suam gloriosam potentiam, hoc autem miraculum in eorum animis, sicut in illorum oculis, ut in eis manifestet suam gloriosam potentiam, ut in eis manifestet suam gloriosam potentiam, ut in eis manifestet suam gloriosam potentiam.*

HOMLIA XIII.

Sympha. ex transfiguratione Domini occasione, monstratur, animas in monte alto orationis, et contemplationis morari, et transfigurari; agiturque pariter de conditionibus, quae orationem comitari debent, ut haec in nobis transformatio fiat, et quod petimus, accipiamur.

Quamvis Christus Dominus, tamquam Dominus gloriae, saepe alias transfigurari potuisset, voluit tamen data opera, et non sine mysterio id opus in tempore orationis suae reservare, ut Lucas animadvertit (cap. 6): *Ascendit in montem, et oravit; et facta est dum oraret species vultus eius altera; quod coelestis quidem factum est consilio, ut doceret Christus, mentes nostras per orationem, et assiduum cum Deo conversationem divinitus immutari, ac transformari: talem enim a Deo tunc accipiunt splendorem, ut illo decoratae, speciem alteram habere viderentur. Pro huius rei typo, ut in Exodo (c. 35) legitur, Moyses ex consilio sermonis Domini prodibat splendidus tamquam sol undequaque fulgurans: nam tibi vulgata editio legit: *Et ignorabat quod cornuta esset facies sua*, Septuaginta interpretantur: *Apparuit glorificatus vultus eius*: qui splendor Moysi communicatus a Deo tantae magnitudinis erat, ut vultum eius a monte descendens Israelitae spectare non possent; et ideo, ut eum intueri valerent, Moyses ponebat velamen super faciem suam. Haec novitas, quae in vultu Moysi erat, quotidie accidit animabus familiariter per orationem cum Deo tractantibus, sicut ad Corinthios scribens Paulus testatur (ep. 2. cap. 4): *Ipsae illorum in cordibus nostris ad illuminationem scientiae claritatis Dei, in facie Christi Jesu*. Sed clarior id docuit Apostolus (cap. 3. eiusd. Epist.): *Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur*. Tres possunt horum verborum assignari expositiones; sed notandum prius, partici- pationem illud, *speculantes*, non a *specula*, ut notat Anselmus (super eundem Pauli locum), sed a *speculo* derivari: unde sensus erit, iuxta Theodoretum, et Theophylactum, nostram esse Israelitarum sorte meliorem: nam quod illi tot umbris, et figuris nosebant futuram, nos iam*

factum, et praesens cernimus in speculo fidei (2. Cor. 13): *Vitemus nunc per speculum in aenigmatibus: quod etsi obscurum, non tamen quantum umbrae illorum, immo praeter illis ita splendendum est, ut per illud facie ad faciem videamus mysteria, ut significant verba Pauli, dicitur (2. Cor. 3): *Revelata facie gloriam Domini speculantes*. Secunda expositio est, hoc non fidei, sed animae esse speculum, ut sentit Caietanus (sup. 2. ad Cor. 3), qui asserit, *speculari*, non solum significare prospicere, sed tamquam speculum in se lucem, et splendorem accipere: secundum quam interpretationem idem erit, *speculantes*, quod *speculum effecti*; ita ut in nos tamquam in speculum divini vultus radii, et splendores reflectantur; atque idcirco, ut ait Caietanus, quemadmodum speculum soli expositum ita recipit eius imaginem, ut speculi orbis instar solis esse videatur, ita per orationem meditantibus patetritudinem, et excellentiam Solis instillat, qui est Christus, eius imaginem in nos ipsos, tamquam in speculum, spiritualiter accipimus, et in ipsum transmutamur; seu, ut dicit Apostolus (ibid.): *In eandem imaginem transformamur*. Tertia interpretatio sit, quod quemadmodum cognitum per sensum, quam intellectus facultates fit, accipiendo in se ipsam rei intellectus imaginem, qua cum univertur, unaque res fit intentionaliter ipsa facultas, et obiectum; sic etiam in speculatione, et contemplatione Dei recipit anima similitudinem, et imaginem Verbi divini, de quo scriptum est (Sap. 7): *Imago bonitatis illius*; quod spiritualiter ab aeterno Patre in anima generaliter, ita ipsam complectitur, et adstringit, ut in ipsum, ne societatem eius amittat, transformetur. Sed ut evidentiis, et quasi ad oculum videatur, quanta sit orationis vis ad animae mutationem, et mirabilem illam Imperatoris Nabuchodonosor contempleremur apparentem transformationem. Pervenit Deus impit huius, et timentis Monarchae superbiam, et insolentiam, faciens illum inter bestias plurimum amorum spatio versari, eorum herbis pasci, per agros vagari, atque omnino vitam agere silvestrem, brutisque simillimam; qui tandem elevans ad Deum oculos, ab eius instillata misericordiae tribunal appellans, confessum fuit veteri hominis figurae, imperio, honori, et auctoritati restitutus (Dan. 4): *Deus meos ad coelum levavi, et sensus meus redditus est mihi; ad honorem regni mei, decorumque perveni, et figura mea reversa est ad me*. Similis huius transformationi fuit illa Pauli Apostoli; quandoquidem ex lapo raptae, atque cruento fecit illum Deus per orationem agnum mansuetum, ut Christus dixit Ananiae (Act. 9): *Eccc enim oras*; quasi respondens obiectioni, quam postea sibi opposuit, dicens Paulum esse Ecclesiae persecutorem: verum est, inquit Deus, sed oratio illum mutavit in Evangelii praedicatorum (ibid.): *Eccc enim oras*, quod et asserit Augustinus: *Cecidit persecutor, et surrexit praedicator*. Sed ut oratio haec animae praestet, et efficax sit in petitionibus, multis, et magni momenti indiget conditionibus, ex quibus sex admodum singulares, iuxta doctrinam Patrum, referam, et explicabo.*

Prima bonae orationis conditio est, ut anima ab omni labe peccati mortalis sit pura; et libera: quoniam, etsi verum est, impetrationem eorum, quae petuntur, in bonitate Dei, et liberalitate magis, quam in meritis orantis habere fundamentum, unde dixit Augustinus ignoranter locum caecum, qui dixit: *Deus peccatores non audit*. Et licet etiam verum sit, ut docet s. Thomas (2. 2. q. 84. art. 16), aliquando a Deo in peccato mortali existentes audiri, non ex instillata, sed ex misericordia; usitatus tamen, et frequentius repulsam patiuntur eius preces, qui manifestus est Dei inimicus; idque ita sentiebat David quando dicebat (Psal. 165): *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet*; ideoque a Deo pelebatur (ibid. 146): *Dirigatur Dominus oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*; quoniam Ithuris ea natura est, ut impositum igni, plurimum; sine igne, parum odoris emittat. Idem, ait David, esse debere orationem, quae accensa igne charitatis, bonum Deo praebet odorem; sed absque illa parum Deum delectat; atque idcirco (ibid.): *Dirigatur Dominus oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*. Filios Aaron thus offerentes Deo ignis de caelo lapsus absumpsit, quoniam simul cum inobediencia defuit eis ignis charitatis, et Christus idem nos docuit in oratione, qua nos ut iussit orantes: nam primum eius verbum voluit esse: *Pater noster*, ut intelligat oraturus, se illum esse oportere; alias ne miretur, si quod petit, non impetret, cum omnibus, ac singulis Dominicae orationis verbis eius preces condemnetur: nam si dicit *Pater noster*, respondet et Deus; quomodo tu non vis esse illius obediens? si, *sanctificetur nomen tuum*; quomodo peieras, et blasphemias eractas? si, *adveniat regnum tuum*; quomodo colorum pelis regnum, qui mereris inferorum? si, *fiat voluntas tua*; quomodo tu ei refragaris, et eius praecepta non servas? si, *dimitte debita nostra*; quomodo tu inimico tuo non parcis, et sanguinem eius sanguinem? si denique dicis, et ne nos inducas in tentationem; quomodo te tot peccandi occasionebus, et manifestis periculis exponis? Tali si utaris oratione, ne mireris, si Deum invenias quasi aeneum, et implacabilem; est enim proprius peccati effectus Deum facere inexorabilem, sicut dixit Hieronimus (cap. 3): *Quia peccatorum tibi, ideo inexorabilis es*. Proleant igitur foras, et expellantur a nobis omnia peccata; id enim si fecerimus, Deus precibus nostris, et desideris acquiescet. Recordemur, quod regum testatur historia, ubi legitur propter culpas, et peccata pseudoprophetarum tribus annis pluvium de caelo non missam; occisis tamen falsis prophetis, illico pluisse. Moriantur igitur in vobis falsi prophetae, hoc est inordinata desideria, quae vobis promittunt, et prophetant delectamenta, et praebet tormenta, et dolores gravissimos, atque illi coexaudiet oratio vestra, et copiosa gratiarum pluvia a Deo mittetur. Huc etiam facit, quod sacrae referunt litterae (in lib. 1. Reg.) loquentes de Saul, qui Deum consulens de successu belli, quod apparabat, cum animadverteret Deum differre responsum, inquit: *Videte per quem acciderit hoc peccatum*

hodie. *Vixit Dominus salvator Israel, quia si per Ionathan filium meum factum est, absque retractatione morietur*; quod satis fuit ut a Deo responsum impetraret. Nullius desiderii vestri, ac precibus Deum respondere? firmum habetote animi propositum de medio tollendi filium magis dilectum, hoc est peccatum, quo magis delectamini, et vitium quo magis trahimini, statimque habebitis felicissimum votorum vestrorum, et petitionum complementum. Experientia iaculantium docet, ut scopus attingatur, non satis esse sagittae bonitatem, nisi etiam iaculator pariter bonus, et dexter sit; ita quamvis oratio superba natura sit sagitta, quae ad cor Dei feriendum directe pergit; si iaculator illius constans, et dexter in virtute non est, ictu, quem destinaverat, frustrabitur. Iustus et sanctus sibi bene orare, quoniam caelesti aulae assuetus novit sermonem, et ritum caelo convenientem; peccator tamquam radix, et agrestis, assuetus huius mundi sermonibus, et contractionibus nescit Deo conversari. Secunda bonae orationis conditio est humilitas, sicut nos docuit Abraham, qui antiquam Deum alloqueretur, se pulverem, et cinerem appellavit (Gen. 18): *Quem sine pulvis, et cinis, loquar ad Dominum?* Idemque declaravit Manasses: nam peccata sua coram Deo confessus, obtinuit misericordiam. Unde Spiritus sanctus in Proverbis primum orationi gradum assignat humiliter enarratum cognitionem (Prov. 18): *Iustus in principio orationis accusatur est sui*. Itaque quemadmodum spinis, et sentibus a praedio avulsis solo eidem praedium, seu vinea moriri, et vallari, ne animalia ingrediantur, et quod seminatum, et plantatum est, absument, ac devastent; ita ex peccatis, et tribulis peccatorum ab anima extirpatis, vi penitentiae, et humilitatis, ac dolentiae illorum memoria revulsis, efficitur quasi sepes, et vallum opponitur; ne feroces, et imundi spiritus animam nostram invadant, et perturbent orationem; neve semen bonum, quod Deus plantaverat, arripant. Huius humilitatis orationi admodum necessaria mirabile in sacris libris habemus exemplum de Elia, qui oraturus Deum, ut terram aquarum inopia laborantem imbribus irrigaret, caput inter genua posuit, et ita inflexus, et incurvatus ad Deum clamabat. Varios orandi modos tam in sacris, quam in profanis historicis reperimus, inter quos refert Plutarchus, Numam Pompilium Deo supplicante in gymnasium vertere, ac deinde sedere solitum, qua priore caeremonia indicabatur, huius vitae curriculum esse plenum vanitatis, et nihil in eo esse firmum, sed omnia varia, et mutabilia: secunda autem caeremonia docebat, in illo tantum esse firmitatem, et stabilitatem, qui cum in tranquillitate Dei contemplatione quiesceret. Notum quoque ex sacris Bibliis est, nonnullis oravisse stantes, ut oravit Moyses, quando prolebat adversus Amalechitas; alios genibus flexis, ut sanctus Stephanus; alios humi iacentes, ut Christus in horto; sed ea corporis dispositione, qua usus est Elias, caput inter genua ponens, de solo ipso litteris commendatum est. Lira, et Abulensis (sup. 3. Reg. 18)